

I. Observationes occultationis Stellæ τ in origine cornu Borei Tauri, sub disco Lunæ, simulque Eclipseos Lunæ statim insecede, Anno 1713. Novemb 21. mane St. vet. Romæ habitæ, & à præstantissimo Astronomo D. Francisco Blanchino. R. S. S. communicate. Cum Emerzionibus nonnullis Intimi Jovialium ex umbra Jovis, ibidem eodem anno observatis.

H. post Merid.  
h      "

12 53 34

12 54 34

14 0 14

14 32 57

14 42 50

14 50 37

15 0 0

15 2 20

15 4 20

**S**T E L L A Bayero τ Tauri proxime appellit  
ad limbum Lunæ, observata per Telescopium  
duodecim palmorum.

Eadem jam occultata est ab ea parte Lunaris  
Limbi, quæ media ferme est inter maculas Ari-  
starchi & Galilei. Parallelus diurnus à centro  
Lunæ descriptus appetat Australior quam stella τ  
partibus Micrometri  $7\frac{1}{2}$ , qualium Lunæ dia-  
meter subtendit 37. Stellæ igitur τ declinatio Bore-  
lior est declinatione apparente Lunaris centri mi-  
nutis circuli maximi  $5\frac{1}{3}$  circiter.

Sirius attingit Meridianum: unde verificata sunt  
tempora.

Stella τ, quæ aliquot minuta exceperat  
è limbo Lunæ, in revolutione diurna præcedit  
limbum occidentalem Lunæ secundis horariis 0'.  
33", eademque præcedit centrum Lunæ secundis  
103" five 1'. 43".

Eadem præcedit limbum Lunæ secundis 48", &  
centrum 1'. 58".

Differentia Ascensionis rectæ stellæ & limbi est  
1'. 03", centri vero Lunæ & ejusdem stellæ 2'. 13".

In limbo Lunæ Penumbra, quæ antea erat di-  
lutor, sensim fit densior.

Penumbra fit evidentior, sed nondum appetet  
Umbra vera.

Initium incidentiarum Lunæ in Umbram veram, ea  
in parte limbi quæ proxima est maculæ Schicardi.

Umbra



<sup>h</sup>	<sup>m</sup>	<sup>s</sup>	
15	5	21	Umbra vera jam obtegit partem unam, qualium Lunæ diameter in Micrometro obtinet 37.
15	7	20	Jam partes duæ obteguntur qualium Lunæ diameter est 37.
15	16	20	Jam obteguntur Lunaris diametrio $\frac{5}{3}$ .
15	31	20	Latent Lunaris diametri $\frac{2}{37}$ .
16	12	0	Jam latent in diametro partes $\frac{15}{37}$ .
16	17	20	Partes latentes 15, ut antea.
16	50	20	Jam partes latentes, $\frac{12}{37}$ .
16	54	35	Incipit emergere prior limbus Tychonis.
16	56	9	Jam totus Tycho emergit.
17	13	30	Latent Lunaris diametri partes 5 è 37.
17	27	45	Umbra vera excedit è limbo Lunæ, in loco designato per diametrum ductam inter Aristarchum & Platonem situ inter-medio.

N. B. *Hac observatio pluris aestimanda, quod occultatio stellæ & acciderit tam vicina Oppofito Solis, ut inde locus Solis inter Fixas rite examinari poterit.*

*Emersiones Satellitis intimi Jovialium ex umbra Jovis observatae Romæ, anno 1713.*

Sept.  $\frac{11}{12}$  post meridiem 8<sup>h</sup>. 38'. 20" Intimus Jovis Satelles incipit emergere, è regione ſpatii inter utramque Jovis fasciam protensi. Observatio peragebatur Telescopio D. Andreae Chiarelli longitudinis 40 palm. Romanorum. Deinde 8<sup>h</sup> 44'. Tertius Satelles ita apparebat Quarto conjunctus, ut ambo viderentur unicus Satelles, Distabant à centro Jovis diametris Jovialibus circiter 5  $\frac{1}{4}$ . Hora vero 9<sup>h</sup>. 4', Jam disjuncti videbantur. Quartus ſitu inverso apparuit paulo depreſſior Tertio, & paulo elongatior a Jove: quare erat Tertio Borealior.

Sept.  $\frac{11}{12}$  10<sup>h</sup>. 36'. 23", Primus ſeu intimus Satelles incipit emergere ab Umbra, Tubo 25 Palm. Domini Campani.

Novemb.  $\frac{12}{13}$  7<sup>h</sup> 32' 22", Primus Satelles incipit emergere, conſpectus per Tubum Domini Chiarelli palm. 40. Deinde eadem

dem nocte 7<sup>h</sup>. 46'. Primus & Secundus proximi sunt, & 7<sup>h</sup>. 53  
iudicem ita sunt vicini ut vix punctulo distinguantur.

Decemb. 9 N.S. vel Novemb. 28. V. S. 5<sup>h</sup>. 45'. 45", Primus  
Satelles incipit emergere ab umbra Jovis.

Decemb. 21. V. S. 5<sup>h</sup>. 50'. 22, iterum visus est primus Satel-  
les incipiens emergere ex umbra.

*Ex his observationibus accurato calculo subjectis, manifestum est  
equationem secundam, quam a motu Luminis progressivo ortam suppo-  
nimus, necessario locum habere. Nam post 57 satellitum intimi revoluti-  
ones, quibus Jupiter a Terra plusquam Radio Orbis magni recessit,  
novem fere minutis tardius conspecta est Eclipsis ultima, quam de-  
buit juxta tenorem Observationis prime: quod quidem Hypothesibus  
D. Cassini consonum est.*

*Ex iisdem etiam confirmatur (quod nos quoque antea anno-  
tavimus, nempe) quod motus Intimi Satellitis Jovis paulo celerior  
sit quam in Tabulis elaboratissimis D. Cassini, ante viginti annos  
cum publico communicatis, & calculi facilitate plurimum se commen-  
dantibus. Errorculus autem iste vix excedere videtur duo tempo-  
ris minuta in singulis Jovis revolutionibus, sive duodecim annis;  
quibus calum anticipat Cassini calculum. Hac vero adhibita cor-  
rectione, satis accuratus habebitur consensus.*